

Je profite de cette circonstance pour vous réitérer mes sentiments de la plus haute estime.

De Votre Grandeur,

Le tout dévoué serviteur,

R. card. MERRY DEL VAL.

Rome, le 4 octobre 1905.

* * *

Venerabili Fratri PAULO,

Archiepiscopo Marianopolitano.

PIUS PP. X.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem.

Plane iucundeque accepimus, quod enarras, te pro viribus, sed feliciter, contendisse ut festus dies quotannis *Labori* civiliter ab opificibus celebrando constitutus, in ista diocesi catholico etiam ritu ageretur. Utile quippe opus, ex quo illud haud temere expectari licet ut operarii homines magis beneficiorum memoriam servent, quibus eos Ecclesia nullo non tempore tuita est : ac simul discant se omnem prosperitatem etiam in terris esse assecuturos, si ipsorum moribus moderatrix *Evangelii* doctrina praesit, atque a Christo Jesu exempla petant, qui egenus factus cum esset dives, magnam vitæ partem in fabrili officina consumpsit. Lætamur itaque mentis ardorem, quo rem instituisti atque enixam laudamus voluntatem, qua opifices curis tuis obsecundare studuerunt. Incepta foveat et augeat Deus. Nos interea benevolentiae pignus, qua prospere exorsum opus prosequimur, benedictionem apostolicam peramanter impertimus.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum die IV Octobris anno MDCCCCV, Pontificatus Nostri tertio.

PIUS PP. X.